



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Georgius Caruahal.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

impletum. Affixa sunt palam dissecta membra, & caput; quod visum est circulo purpureo ambiri. Spica illa, periculosè parturientem faminam iuuit; aliam à diris doloribus liberavit: strophium Garneti sanguine imbutum, à puero febres abegit. Verum, ac celebre est de hoc anagramma P. Gualteri Paulli velut vaticinium reperientis in nomine: Pater Enicus Garnetius: Pingere cruentus aristâ.

P. Georgius Caruabal.

Cum Rudolpho Aquaviva, & socijs, cruentis illis fidei Christianæ heroibus, vectus in Indiam, post Novitios Goæ laudatè institutos, in Scimo Iaponiæ Insula, Regnoque Bungenfi, postea Firandi, fidei propa-

*Lusitan^o.
Ikizuki.
5. May.
1592.
etat. 42o.
Soc. 24.*

G 3 gan-

Fides .

gandæ operam insignitè nauauit. Porrectum illi à barbaris venenum, eum dolore capitis acerbò, deinde febris inflammata, mox vomitu cruento, afflixit; & octauo post die morte oppressit.

P. Stanislaus Brunonius, & socij .

*Polonus.
in silua.
5. Maij.
1642.
etat. 52.
Soc 32.*

Cùm socij ad Schismaticos Ecclesiæ reddendos adhibiti laborarent, inito senaculo decreuère schismatici, vt Patres, vbi vbi possent, occiderent. Factum id per conductos ad id sicarios schismaticos in silua decè quercuum dictâ, operâ latronum dicentium: Non vestra, sed vos quærimus. P. Stanislaus Brunonius iam aliàs odio erat Schismaticis, ob non vnam de illis relatam victoriam, coram Proceribus; & quòd